

SÉCULO
XVI

RESERVADO

N.º


6109-108


VIII CENT. DA
RECONQUISTA
CRISTÁ DE ÉVORA

EXP. BIBL. E ICON.
B. P. E. — N.º 356



Successors
A. FERIN & Co





508 ✓



C. 5-3.

Chr. 508

6.103


6.104


6.105

6.106

6.107

6.108





59
TRANSLATIO SACRARVM VIR/
GINVM ET MARTYRVM CHRISTI,
RESPONSÆ ET SOCIAE EIVS.

Lectori pio, L. Resendius, Lusitanus S.

h.c. xvi

6.107

Sacratissimæ virginis & martyris Christi Re-
sponsæ translationem enarraturo, veniã beni-
gnus lector cõcedat, si quæcunq; sup ea re de-
siderat, & à nobis præstari par erat, minime
præstiterimus. Scio ego non defuturos qui patriã, genus,
ordinẽq; martyrii scire cupiant, quod & ego sponte mea
facturus erã, si tantis tenebris diuorũ memoriam peruersa
hominum negligentia non inuoluisset.

Nos certe quũ Aggrippinã Coloniã aduenissemus, omnẽ,
quanta maxima fieri potuit diligẽtia, operã adhibuimus,
omnẽ, yt dici solet, lapidẽ mouimus, nec aliud uspiã inue-
nire potuimus, quã beatã Responsam & sociã ipsius, ex il-
lis speciosis virginũ fuisse turmis, quæ duce Vrsula puella
incõparabili martyriũ sub barbara Hũnorũ gente ppestæ
sunt. Quare ne in re desperata plus nimio simus anxii, ad
translationis seriem, quod solum reliquum est, festinemus.

Quũ anno à nato seruatore nro M, D. XXXI. Augustæ
Vindelicorũ, comitia celebrata essent, sup his tumultibus
qui plerosq; Germaniæ populos noua Martini Lutheri fa-



ctione dementatos, ab antiqua patrū cōcordia egerunt di/ uersos, reuertenti in Galliā Belgicā Carolo impatori semp/ Augusto, aderat nobilis vir, & tū rebus gestis, tū maiorū imaginibus clarus, D. Petrus Mascaregnas, q missu Diui Ioānis Lusitanię regis pii felicitis inuictū, apud Cēsare legat/ tione fungebatur.

Hic vbi Coloniā Aggrippinā quā Rhenus adluit adue/ nisset, & sacrarū virginū, XI. miliū ædē visitasset, cupiuit vir pius aliquas ex his reliqis secū in Lusitaniā deportare. Quod quū in animo diu volueret, & tēpla eius vrbis more suo frequentaret sedulo, cōperissetq; in cœnobio corū mo/ nachorū qui vulgo Carmelitæ adpellantur, corpus sacræ virginis Responsæ summa & antiqua religione colī, cœpit pro impetrando monachorū animos pertentare.

Nec illi nīmium detrectabant, tantū causabātur rem qui dem sibi difficilē totū corpus abalienare ab illo templo in quo iam olim coleret. Ad hæc sine pontificis maximī auctoritate, id nequaquā licere. Qua tamen impetrata, se caput ipsius virginis Responsæ, caput item alterius virginis quę vna colebatur, ipsius deuotioni concessuros.

Eorū itaq; sponse abrepta nobilis orator, Laurentium Campegiū præbyterū Cardinalem, Clementis Pontificis Maximi legatū adiit, auctoritatē impetrat, vt certa pecu/ niarū summa in cœnobii fabricā & ornatum numerata, duo illa capita à monachis adcipere, & suo arbitrio quoq; vellet, deportare posset libere & suo iure.

Indicta igitur dies, testesq; huic donationi sunt adhibiti: & notarius, vt vocant, apostolicus. At vero interrogati monachi, quid nam de reliquiis illis certitudinis haberent, iurati religionē & sacerdotalē fidem responderunt se nihil aliud habere comperti, quam perpetuā & constantē per multa secula famā, iam olim á principio, dum eorum sacra ades conderetur, maiores suos duo illa corpora ex conlegio sacrarum virginū, XL. miliū, ab episcopo eius vrbs dono accepisse, cœnobii ornamento. Semperq; alterę tanquā verū beatę Responſę corpus habitum & nuncupatum, alterę, quuius nam virginis esset, temporę iniuria/excidisse. Quibus ita gestis, vir pius, duo illa sacrę virginum capita in suam recepit potestatem, & per fidorę familiarium quorūdam ministerium, in Lusitaniam transmisit, matriq; suę scēminę pietatis & religionis innocentissimę, custodienda cōmisit, dum ipse regia legatione peregre cogebat̃ abesse.

Insequentī vero anno, Cēsare iterum Germanias petente, vt contra immanissimum Turcarę tyrannum Pannonias adgressum, copias suas & exercitum cogeret, denuo mēse Februario Coloniā regius legatus aduenit. Ibi nos quātam adhibuerimus diligentiam, quā anxie annaleis & virginum historiam scrutati simus, si quo pacto humanę curiositati satis possemus facere, superfluum arbitror admonere, quum præcipue historia ipsa partim truncate, partim inepte, ne iam barbariem obiciam, sit composita. Quam si quis nosse in summa, aliquāto veracius desiderat, ex Abbatē Spanemensi, & ex eo quē ipse citat auctore, petat.

Nos illud satis superq; esse ducimus. has virgines, Christi martyres fuisse, & pro virginitatis integritate, ne profanis libidinibus polluerentur, eadē mortemq; sibi preposuisse. Quis enim prepostere adeo religiosus est, qui diuos quod hac vel illa patria orti sint, hos vel illos parēteis habuerint, non quod pro Christo sanguinem fuderint, tyrannorumq; minaciā spreuerint: veneretur? Absit à Christiano animo, quidquam terrenum ponderis aliquuius esse estimare, pre in deum pietate, & religione firmissima. Absit parentum nobilitatem in martyru veneratione postulare. Sat enim nobilitatis consequuti sunt, qui tormentis quantū uis atrocibus, & mortibus, ut tyrannorū voluit sæuitia, crudelibus, à Christi optimi maximi caritate auelli nequaquam potuerunt.

Oratio.

Amator virginum Iesu Christe, pro quuius amore beata virgo Responſa supplicium elegit, eius meritis & p̄cibus, fidei constantiam in nobis conroborā, ut te agnum immaculatum nullo terrore sequamur. Qui uiuis.

Secreta.


Hoc purissimum sacrificium, quod tibi sancte pater in honore beatę Responſę virginis offerimus, mundet nra delicta, & ad mystica hec pagēda reddat idoneos. Per dñm,


In fine.

Hęc vota quę tibi soluimus omnipotēs deus, intercessione beatę Responſę virginis & martyris tuę, piacula nostre mentis absoluat, & eterne vitę nos faciant aptiores. p. do.

Impressum Venetiis Per Bernardinū de Vitalibus
Venetum M.D.XXXII. Mense Nouembri.







S.  R.

BIBLIOTECA PÚBLICA E ARQUIVO DISTRITAL
DE ÉVORA

(PORTUGAL)

Esteve exposto na exposição de Louvain



